

Sight Recitation Level 1

Area F 2005

Hercules et leo

In magnā silvā leō latēbat. Nocte per agrōs
is leō vagābātur et saepe animālia
interfēcit. Interdum hominēs interfēcit.
Incolae eius regiōnis leōnem capere aut
necāre cōnābantur sed nōn poterant.

In oppidō quod nōn longē ab eā regiōne
aberat fortis et validus vir habitabat. Is
vir erat Herculēs. Incolae omnium regiōnum
fīnitimārum eum laudābant fortis erat.
Herculēs auxilium eīs pollicitus est quī
leōnem verēbantur et in silvam prōcessit.
Mox leōnem necāvit et tutus in oppidum
rediit. Leōne necātō, omnēs laetiī erant.
Herculem laudāvērunt et eī praemium
dedērunt.